



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 92. Triginta Dialogi ab Ochino typis editi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

opposuissent: cum autem Magistratus o-Sæcul.XVI.  
ptime nollet versatilem in Religione a- A.C. 1562.  
nimum præfati Ochini, qui antea egit Capuccinum, postea Lutheram, dein Calvinistam, Sacramentarium, Anabaptistam, Arianum, & denique illam, quam temporis vicissitudo deposcebat, sectam profitebatur, hinc Magistratus eidem Ecclesiæ suæ possessionem permettere renuebat, nisi prius Tigurinæ fidei professioni subscriptisset, quod tamen absque difficultate, non tamen sine per-jurio præstabat.

## §. XCII.

*Triginta Dialogi ab Ochino typis editi.*

Vix Ochinus in Ecclesiæ suæ posses- Sandius in  
sionem admissus est, dum illico suos Bibl. Antitr.  
errores cum summa arrogantia prædi-p. 4. 5.  
cavit, librosque insulsis deliriis repletos  
typis edi curavit, quos inter merito re-  
censentur triginta ejus Dialogi, qui An-  
no Christi millesimo quingentesimo se-  
xagesimo secundo ejus jussu typis editi  
opinionibus absurdissimis scatent. Di-  
visi sunt illi in duos libros, quorum pri-  
mus octodecim Dialogos complectens  
de Missa, alter vero tractatus de Trini-  
tate, pluribusque aliis materiis in idio-  
mate latino conscriptis agit: porro pri-  
mum librum Ochinus nuncupabat Bet-  
fordiæ Comiti, alterum vero Philippo  
Nico-

Sæcul. XVI. Nicolao Radzivilo, atque in vigesimo pri-  
 A.C. 1562. mo dialogo differebat de Polygamia,  
 quam licitam esse propugnat. Hoc opus  
 ipsis etiam Hæreticis displicebat, unde  
 illud ad Tigurinos Senatores defereba-  
 tur, qui hanc accusationem tanti mo-  
 menti esse censebant, ut cum omni so-  
 lertia discuti mereretur; quocirca  
 totus Senatus una omnes Mini-  
 stros congregari jussit, ut ab eis explora-  
 ret, quæ demum agendi ratio circa hunc  
 librum, ejusque Auctorem esset tenen-  
 da. Ministri illi mentem suam his ver-  
 bis declarabant: „Postquam relatum  
 „nobis fuerat, quod Ochinus quædam o-  
 „pera potius suppressimenda prælo subje-  
 „cerit, eum adeuntes hortabamur, ut  
 „promissi sui memor esset, vi cuius se  
 „nullum librum absque Synodi appro-  
 „batione in lucem editurum spopondi-  
 „set: cum autem nobis innotuerit, quod tunc  
 „ejus liber jam publicam lucem aspe-  
 „xerit, apud illum conquesti sumus de  
 „contemptu, quo nostra monita vilipen-  
 „derat: ille vero caussabatur, quod tunc  
 „dum prima vice fuerat admonitus, e-  
 „jus liber jamjam sub prælo sudaverit:  
 „de cetero autem, prout palam afferere  
 „haud veremur, Ochinus sive Polyga-  
 „miam impugnet, sive tueatur, semper  
 „tamen illam ab eo approbari manifeste  
 „apparet: insuper crebræ ad nos datæ  
 „sunt

, sunt literæ , quibus contra ejus Dialogos vehementer declamatur: totum igitur hoc opus attenta mente pervolvemus. „ Interea cum hi Ministelli præfatos Dialogos examinarent, nullum non movebant lapidem, ut illorum Autorem eo inducerent, quatenus errores suos in Dialogis contentos saltem orthodoxe explicaret. Verum hi oleum, operamque perdiderunt ; quippe Ochinus sententiæ suæ pertinaciter insistebat.

§. XCIII.

*Ochinus propter suos Dialogos Tiguro ejectus.*

Itaque Senatus hujus hæretici contumaciam a Ministris edoctus decretum Sandius l.c. condebat hujus tenoris: „Cum Ochinus vita Bulini contra leges, ac Magistratus edicta li-geri p. 39. bruna vulgasset, cuius solum nomen Ecclæ, ac Republicæ horrore est, hinc decernimus , ut quantocius illius Autor Tiguro , totaque illius ditione excedat. „ Paruit huic sententiæ Ochinus Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio.

§. XCIV.

*Hi Dialogia Castallione latine redditi.*

Hosce Dialogos Castallio ex idiomate Italo-latine reddebat, eodemque anno impensis Petri Cernæ hanc versionem Basileensibus literis excudi curabat: qui-

*Hist. Eccles. Tom. XLV. D d d ni-*